

De postpradicamentis.

191

trum in subjecto idoneo esse necesse est, ut:
Sanitas & morbus.

27. Mediata sunt quorum neutrum necesse est inesse in subjecto idoneo, ut: album & nigrum; in corpore enim nec albedinem esse nec nigredinem, cum multi dentur colores intermedii, & corpus possit esse rubrum, viride &c.

38. Dicuntur autem contraria mediata vel immediata à mediò, quod illa admittant; hæc verò respiciant medium. Sciendum autem, quod in contrariis duplex possit attendi medium, 1. medium formæ, 2. subjecti. Illud est nihil aliud, quàm forma quædam intermedia inter duas extremas, e. g. rubor inter albedinem & nigredinem: Hoc verò est subjectum, de quò neutrum contrariorum dicitur, sicut e. g. lapis est medium quoddam subjectum, de quò neutrum horum contrariorum, nempe nec sanum dicitur nec ægrum.

39. Cum ergo alia contrariorum dicuntur mediata alia immediata, sciendum, quod hanc appellationem habeant à mediò formæ, non verò à mediò subjecti; & quod sensus huius divisionis sit, alia contrariorum agnoscere mediam aliquam formam, cuiusmodi sunt album & nigrum; alia verò mediam formam respicere, ut: sanum & ægrum.

40. Me